

NvK an Michael von Natz. Er befiehlt ihm, Verena von Stuben und ihre Anhänger aufgrund der ihm von Pius II. übertragenen apostolischen Autorität von ihren Kirchenstrafen zu absolvieren und ihr zu gestatten, in ein anderes Kloster des Benediktinerordens überzusiedeln. Er solle mit dem Ratschluss des Bischofs von Trient eine angemessene Pension festsetzen. Im Kloster Sonnenburg dürfen erst nach erfolgter Entsühnung wieder Gottesdienste stattfinden. Die Vorgeschichte des Sonnenburger Streits wird ausführlich referiert.

Or., Perg. (spitzovales Kardinalssiegel des NvK an Hanfschnur; Notariatssignet des Heinrich Pomert): INNSBRUCK, TLA, Stift Sonnenburg, Urk. 99 (von der Hand des Christoph Krell).

Kopie (gleichzeitig): BOZEN, StA, Lade 19 Nr. 12 L; INNSBRUCK, TLA, Sigm. IX 62 f. 158^r-159^r (Nr. 109; beides notarielle Abschriften des Johannes Hellgrüber¹); ebd., f. 173^{rv}; 264^r (nur die Dispositio und Corroboratio Z. 69-107).

Deutsche Übersetzung (gleichzeitig): INNSBRUCK, TLA, Sigm. IX 62 f. 176^r-177^r (Nr. 122).

Regest: Jäger, Regesten II 170.

Ern.: Jäger, Streit I 310; Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 208; Baum, in: Germania Benedictina III 3, 655.

Nicolaus miseracione divina tituli sancti Petri ad vincula sacrosancte Romane ecclesie presbiter cardinalis et episcopus Brixinensis, commissarius et executor unicus ad infra-scripta a sanctissimo in Christo patre et domino nostro, domino Pio divina providencia papa secundo vive vocis oraculo nobis super hoc facto specialiter deputatus²), hono-
rabili Michaeli de Netz³) preposito ecclesie beate Marie virginis in ambito Brixinensis, 5
devoto nostro dilecto, salutem in domino. Nuper pro parte religiosarum Verene
Stuberin, olim abbatisse, et ceterarum monialium eius consodalium monasterii in Sun-
nemburg ordinis sancti Benedicti nostre diocesis prefato sanctissimo domino nostro
pape humiliter et devote exposito⁴) et per suam sanctitatem accepto, quomodo nos
dudum ut apostolice sedis legatus primum ac deinde huiusmodi cessante legacione ut 10
eiusdem sedis commissarius specialis ac etiam ut et tamquam loci ordinarius in visita-
cione et reformacione dicti monasterii per nos et nostros ad hoc deputatos pro-
cessimus⁵), qualiter deinde de speciali apostolico mandato per felicis recordationis
dominum Nicolaum papam v nobis super hoc specialiter facto atque nostra eciam
ordinaria auctoritate ipsam Verenam tunc abbatissam ob inobedienciam et refutacio- 15
nem debite reformacionis a dignitate abbatissali per nostram diffinitivam sentenciam⁶),
que eciam per apostolicam sedem exposit confirmata fuit, servatis servandis deposui-
mus et dignitate huiusmodi privavimus Verenam, eciam ipsam et sibi adherentes
excommunicacionis sententia innodantes, interdictum propterea in dictum monaste-
rium ipsiusque ecclesiam et capellas posuimus, ac tandem rebellione crescente proces- 20
sus nostros contra ipsam Verenam et adherentes huiusmodi aggravavimus et reaggra-
vavimus⁷), et publice illam ac adherentes prefatis annis plurimis ut tales publice fecimus
denunciari ac eciam anathematizari; quomodo similiter, postquam felicis recordacionis
dominus Calistus papa tercius ipsarum Verene et adherencium huiusmodi contra
debitam reformacionem cordis duricie per eum intellexerat, reverendissimo in Christo 25
patri et domino domino Johanni tituli sancti Clementis eciam ipsius sacrosancte
Romane ecclesie presbitero cardinali Papiensi vulgariter nuncupato⁸) ex suo officio
commiserat et dederat in mandatis, ut contra ipsam Verenam depositam et privatam,

excommunicatam, aggravatam et reaggravatam aliosque rebelles et sibi adherentes
30 auxiliumque, consilium vel favorem in huiusmodi suo proposito prestantes procederet
iuxta certi mandati desuper sibi facti tenorem⁹⁾; licet ipse reverendissimus dominus
cardinalis Papiensis auctoritate apostolica sibi commissa iterum ipsam Verenam ceterasque
moniales predictas sub excommunicationis, interdicti, inhabilitatis, suspicionis
heresis atque aliis gravissimis late sentencie penis monuerit et moneri fecerit, ut suis
35 ymoverius apostolicis per eum tunc emissis parerent mandatis, religiosamque dominam
Affram Velseckerin administratricem dicta apostolica auctoritate per nos ibidem
instituta ad administracionem infra certum terminum dudum effluxum reciperent et
admitterent.¹⁰⁾ Ipsa tamen Verena et cetera moniales omnibus et singulis mandatis,
processibus et monicionibus premissis parere neglexerunt, ymo contradixerunt, penas,
40 sentencias et censuras in eisdem mandatis, processibus et monicionibus contentis
dampnabiliter incurrando.

Quodque nunc ipsa Verena et cetera moniales huiusmodi ad cor reverse, parate sint,
processibus et mandatis antedictis, prout tenentur, in omnibus obedire, humiliter sue
sanctitati fecerunt supplicari atque supplicent, alicui prelado earum ac omnium eis
45 adherentium et qui ipsis in premissis rebellionem et inobediencia consilium, auxilium vel
favorem prestiterunt, ac propterea penis et censuris ecclesiasticis sive aliis ligati
existunt, absolucionem et rehabilitationem debitas et neccessarias committi cum pote-
state ipsi Verene ad aliud monasterium sanctimonialium dicti sancti Benedicti ordinis,
ubi benivolas receptorices invenit, transeundi et ibidem permanendi licenciam dandi et
50 concedendi. Et ne ipsum monasterium, ad quod eam transire contingat, propter eius
receptionem gravetur, eidem monasterio, ubi recepta fuerit, certam annuam pensio-
nem ad vitam eiusdem Verene dumtaxat per dictum monasterium in Sunnemburg
solvendam super ipso monasterio in Sunnemburg statuendi, assignandi et reservandi
omniaque alia et singula faciendi, decernendi et exequendi, que in premissis ipsi
55 Verene et sibi adherentibus neccessaria fuerint seu quomodolibet oportuna.

Prefatus sanctissimus dominus noster papa proinde considerando, quod sancta mater
ecclesia, que pia est, nemini ad eam redire volenti gremium claudit, nobis Nicolao
cardinali, commissario et executori prefato vive vocis oraculo commisit atque dedit in
mandatis, ut per nos aut nostrum ad hoc deputandum commissarium post paricionem
60 debitam ipsam Verenam et alias moniales omnesque et singulas personas propter
premissa censuris, sentenciis et penis innodatas in forma ecclesie consueta absolvere-
mus, cum eisque super irregularitate, inhabilitate et infamie macula propterea contracta
dispensaremus, ipsique Verene ad aliud monasterium eiusdem ordinis, in quo substan-
cialia regule per eam professe observantur, licenciam transeundi concederemus, racio-
65 nabilemque pensionem monasterio illi, ad quod ipsam transire contingat, a dicto
monasterio in Sunnemburg annue ad vitam ipsius Verene dumtaxat solvendam assigna-
remus et statueremus sub penis neccessariis et oportunis, aliaque faceremus in et circa
premissa neccessaria seu quomodolibet oportuna.

38 Ipsa: *em.* ipse.

Nos igitur Nicolaus cardinalis, commissarius et executor prefatus, cupientes mandatum apostolicum huiusmodi nobis, ut prefertur, iniunctum reverenter exequi, ut 70 tenemur, et quia ad presens in Romana curia plurimis arduis rei publice negociis impediti mandatum et commissionem apostolicos nobis factos huiusmodi personaliter exequi non valemus, discrecioni vestre, de qua plenariam gerimus fiduciam, ut cuncta rite agatis, committimus in hac parte harum serie plenarie vices nostras et vos in locum nostrum huiusmodi subdelegamus vobisque iniungimus auctoritate nostra nobis in hac 75 parte commissa, ut, postquam ipsa Verena et cetera moniales ille dictis mandatis et processibus paruerint et absolucionis beneficium a sentenciis, censuris et penis prefatis humiliter pecierint, ipsas et earum quamlibet in forma ecclesie consueta publice et sollempniter dicta auctoritate absolvatis iniuncta inde sibi pro modo culpe penitencia salutari. Sicque omnibus aliis et singulis personis ecclesiasticis vel secularibus propterea 80 censuris, sentenciis et penis ligatis absolucionis beneficium auctoritate prefata impendatis, omnem irregularitatis, infamie et inhabilitatis maculam penitus abolendo, interdictum preterea et propter premissa per nos vel dictum reverendissimum dominum cardinalem Papiensem quomodolibet positum eciam tollendo. Prefate quoque Verene, ut ad aliud monasterium ordinis sancti Benedicti, ubi substancialia regule servantur, ut 85 prefertur, transire ibidemque, quoad vixerit, altissimo deservire valeat, liberam concedatis dicta auctoritate facultatem. Vosque eciam de reverendi in Christo patris domini Georgii episcopi Tridentini¹⁾ aliorumque, de quibus vobis visum fuerit et qui in ea re experti sint, consilio rationabilem annuam pensionem, quam monasterium in Sunnemburg monasterio illi, ad quod ipsam Verenam transire contingat, quamdiu ibidem 90 vixerit, annue persolvendam, ne ex ipsius Verene receptione gravatum existat, assignatis, statuatis et ordinatis cum cautelis ad id necessariis nostra, ymoverius apostolica auctoritate antedicta, vestram in hiis conscienciam onerantes. Verum, quia ex incastellacione²⁾ dicti monasterii in Sunnemburg et ex aliis ibidem gestis et que inibi acciderunt, locus ille prophanatus existit, volumus, ne ibidem divina altaris misteria celebren- 95 tur, donec et quousque locus ille purgatus et ecclesia ipsa reconciliata fuerit.

In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes nostras litteras exinde fieri et per notarium publicum secretarium nostrum infrascriptum subscribi et publicari nostrique sigilli iussimus et fecimus appensione communiri.

Datum Rome in domibus nostre residence anno a nativitate domini millesimo 100 quadringentesimo quinquagesimo octavo, indictione sexta, die vero martis decima-septima mensis octobris, pontificatus prefati sanctissimi domini nostri, domini Pii anno primo, presentibus ibidem venerabilibus et discretis viris dominis Conrado Zoppot¹³⁾, canonico, et magistro Erhardo Zanger¹⁴⁾, in decretis licenciato, perpetuo capellano in ecclesia Brixinensi, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. 105

Notarielle Ausfertigung durch Heinrich Pomert, Lübecker Kleriker, von apostolischer und kaiserlicher Autorität öffentlicher Notar und Sekretär des NvK.

¹⁾ Johannes Hellgruber, Notar. Er wurde mehrfach auf Kosten der herzoglichen Kammer nach Brixen geschickt; s. INNSBRUCK, TLA, Oberösterreich. Kammerraitung, Bd. 1 f. 93^r, 111^r, 113^r, 116^r.

²⁾ NvK hatte es zwei Jahre lang abgelehnt, sich an der Kurie für Absolution und Dispens Verenas einzusetzen, da seine

zu vor erlangten Vollmachten ausreichten; s.o. Nr. 4733c. Dass er nun lediglich eine mündliche Rückversicherung bei Pius II. einholte, ist vor diesem Hintergrund verständlich.

³⁾ Michael von Natz, Propst des Marienstifts im Kreuzgang zu Brixen. Obwohl er das Amt des Generalvikars an Gebhard Bulach abgegeben hatte, war er für NuK nach wie vor eine der wichtigsten Vertrauenspersonen in Brixen.

⁴⁾ Die Supplik der Äbtissin war von den herzoglichen Gesandten Lorenz Blumenau und Kaspar Aschbach vorgebracht worden; vgl. Nr. 5758. — Die Anwesenheit Blumenaus an der Kurie ist durch eine am 7. Oktober 1458 gebilligte Supplik belegt, die Blumenau als Prokurator vorgebracht hatte; Kopie: ROM, Arch. Vat., Reg. Suppl. 513 f. 4^v. Darin bat Siegfried Nothhaft, Dompropst zu Passau, um Provision mit den Domberrnstellen zu Brixen und Trient sowie an der St. Johanniskapelle im Kreuzgang zu Brixen, die Theobald von Wolkenstein resigniert hatte. S. auch den am gleichen Tag ausgestellten Exekutionsbefehl Pius' II. an den Abt Kaspar Aigner von Neustift; ROM, Arch. Vat., Reg. Vat. 468 f. 361^r-362^r. Vgl. F. Schneller, Beiträge zur Geschichte des Bistums Trient aus dem späteren Mittelalter, in: Zeitschrift des Ferdinandeums für Tirol und Vorarlberg Ser. 3, 39 (1895) 181-230, hier 193 Nr. 801f.; Santifaller, Domkapitel 518; Boockmann, Laurentius Blumenau 166; Brosius/Schbeschkewitz, RG VIII 136 Nr. 929, 725 Nr. 5208; Santifaller, Trienter Domkapitel 165. — Pius II. gewährte den beiden Gesandten Lorenz Blumenau (hier bezeichnet u.a. als *causarum palatii apostolici auditor*) und Kaspar Aschbach am 22. Oktober 1458 Beichtprivilegien. Blumenau durfte darüber hinaus acht weitere Personen bestimmen, die das gleiche Beichtprivileg erhalten sollten. Ebenso erhielten Hz. Sigismund und seine Frau Eleonore am selben Tag Beicht- und Tragaltarprivilegien (Or.: WIEN, HHStA, Familienurkunden Nr. 692; Regest: Liebnowsky, Geschichte des Hauses Habsburg VII, p. CCLXXXIV Nr. 108). Wohl ebenfalls von den Gesandten vermittelt waren weitere Beichtprivilegien für herzogliche Räte, nämlich für Jakob Trapp (17. Okt.), Hans von Kronmetz und seine Frau Anna (17. Okt.), Hans von Spaur und seine Frau Verena (14. Okt.), Konrad (Fridung), Küchenmeister (14. Okt.), Martin und Hans Neidecker (16. Okt.), Ernst Rietenburger und seine Frau Margaretha (16. Okt.), Leonhard von Weineck und seine Frau Katharina (16. Okt.), Gerwig von Rottenstein, Johannes Riseweter sowie Konrad Vintler und seine Frau (alle 22. Okt.). Kaspar Aschbach erwirkte darüber hinaus einen Ablass für die Hieronymuskapelle auf Burg Wetzelsstetten, Diözese Salzburg. S. ROM, Arch., Vat., Reg. Vat. 468 f. 398^r-400^r. Vgl. Jäger, Streit I 309; Voigt, Enea Silvio III 342; Baum, Eidgenossen 10; Köfler, Die beiden Frauen 99. — Kaspar Aschbach kehrte bereits Anfang November 1458 wieder nach Tirol zurück. Vgl. ein Beglaubigungsschreiben des Trienter Bischofs Georg Hack für ihn zu Verhandlungen mit Hz. Sigismund in der Frage der Neubesetzung der Pfarrei Tisens nach dem Tod des Ulrich Gensler; Or.: INNSBRUCK, TLA, U I 5483. Zur Sache vgl. bereits oben Nr. 5261 Anm. 3, 5545, 5640. B. Georg übertrug die Pfarrkirche seinem Kanzler Johann von Sulzbach; TRIENT, SLA, Sez. lat., Caps. 47, Nr. 16 (1458 November 14, Trient). Hz. Sigismund präsentierte jedoch Georg Prast; Or.: INNSBRUCK, TLA, U I 5485 (1458 November 29, Radolfzell); Kopie: INNSBRUCK, TLA, Cod. 3165 (Lib. praes. II) f. 10^{rv} (mit Datum 30. Dezember 1458). Die Sache war umso problematischer, weil auch der Kaiser das Besetzungsrecht dieser Pfarrei für sich reklamierte; s. ein Schreiben des Leonhard von Weineck an Hz. Sigismund, Or.: INNSBRUCK, TLA, U I 5484 (1458 November 23, Innsbruck); Notiz: INNSBRUCK, TLA, Cod. 3165 (Lib. praes. II) f. 10^r; Regest: Schneller, Beiträge 331 Nr. 652. Im April 1459 einigten sich Hz. Sigismund und B. Georg darauf, dass Johann von Sulzbach die Pfarrei behalten konnte; Entwurf: INNSBRUCK, TLA, U I 5486; Kopie: INNSBRUCK, TLA, Cod. 3165 (Lib. praes. II) f. 11^{rv}.

⁵⁾ Die zahlreichen Stücke zur Sonnenburger Reform sind erschlossen in AC II 7, s.v. Sonnenburg, Reform.

⁶⁾ S.o. Nr. 4330.

⁷⁾ S.o. Nr. 4588.

⁸⁾ Kard. Giovanni Castiglioni, B. von Pavia.

⁹⁾ S.o. Nr. 5293.

¹⁰⁾ S.o. Nr. 5294.

¹¹⁾ Georg Hack, B. von Trient, hatte zusammen mit Hz. Sigismund die jährliche Pension der Äbtissin bereits 1456 auf 200 fl. festgesetzt; s.o. Nr. 4733a.

¹²⁾ Cusanus zeigte sich empört darüber, dass das Kloster Sonnenburg aufgrund der Besetzung durch Söldner praktisch in eine Burg verwandelt worden sei; so bereits in der auf eine Supplik des Cusanus zurückgehende Nr. 5293 Z. 10f. Dies musste erst recht gelten, nachdem Verena von Stuben im Frühjahr 1458 die Söldnertruppe des Jobst von Hornstein zu Hilfe gerufen hatte und das Kloster im Juni 1458 von herzoglichen Söldnern besetzt worden war. Vgl. oben Nr. 5585, 5657, 5670 und unten Nr. 5781 Z. 25.

¹³⁾ Konrad Zoppot, Brixner Domberr.

¹⁴⁾ Erhard Zanger, Pfarrer zu Enneberg. Er reiste Anfang September 1459 zurück nach Brixen; s.u. Nr. 6007.